

APOLLO  
BERII  
MANIC  
AN BRIG  
ET SCO  
BERMANIC  
ING PRO

EDVH  
SPIN  
COMI

BERET  
HERLD

Small rectangular label on the spine, mostly illegible.

UR



Sammleband  
Schm

nt


adm

U. q. 167



ndm





B. C. D.  
De  
**ABUSIBUS TY-  
POGRAPHIAE  
TOLLENDIS,  
PARENÆSIS.**

Auctore  
**AHASVERO FRITSCHIO, D.**  
Conf. Schvv.

---

ARNSTADIÆ,  
Literis FREYSCHMIDIANIS.  
Anno cl. lxx. LXII.

117



F. C. O.  
ALBERTUS TY.  
TOGRATIAE  
TOLLERNDIS  
PARKENHUIS

Augore  
D. HAZVETRO P. H. T. C. O. D.  
Col. Schv.

---

ARNSTADT  
LIEBE BREY SCHMIDTANIS  
Anno 1661






Præfatio ad Lectorem.

**N**ter alia exulceratissimi ruinamq;  
minantis hujus seculi mala, abusum  
nobilissimæ artis Typographicæ non  
ultimum esse, nemo fortean inficia-  
bitur, nisi qui, ut est in proverbio,  
caput in calce, & peponem loco cordis habet. Satis  
testatum facit experientia rerum Magistra, quæ  
Reip. pericula, quæ Ecclesie mala, quæ rei literaria  
damna indè hætenus enata fuerint. Cum verò fru-  
stra sit morbum deplorare, de remedio autem & cu-  
rà planè sollicitum non esse; optimè faciunt illi, quo-  
rum aliqua est apud Principes auctoritas, qui in  
qualitatem hujus morbi ejusq; curandi modum sedu-  
lo inquirentes salutaria remedia adhibere nituntur.  
Nos brevi hæc disertatione utrumq; digito tantum  
monstrare volumus, sperantes, alium forte limatio-  
ris judicii curatius hanc rem examinaturum esse.  
Interim, L. B. quale quale hoc, quod judicio ac cen-  
sura tuæ, totum subjicimus, ut cætera omnia, æqui  
boniq; consule. V.

A 2

SE.

SECTIO PRIMA:  
DE ABUSIBUS TYPOGRAPHIÆ  
IN GENERE.

- n.  Rem Typographicam maximum esse beneficium, generiq; humano divinitus communicatum, in confesso est apud omnes: cujus etiam infinita encomia apud varii generis scriptores, quos adducere supervacaneum, ubivis obvia sunt. Utinam verò tanto Dei munere homines non ad obscurandam sed illustrandam nominis divini gloriam, non ad disjungendas sed copulandas Ecclesias grati uterentur, nec hodiè idem de hac re adfirmare cogeremur, quod olim Imp. Justinianus de alearum usu *in l. fin. C. de aleat.* pronunciavit; *rem illam pro tempore in*
2. *lacrymas abisisse.* Uti enim optimæ rei datur abusus, ita etiam Typographiæ hoc fenescentis mundi vel potiùs ætate effœti &
3. *fatiscentis sæculo maximus.* Undè nonnulli non sine ratione dubitarunt, satiusne fuerit, artem illam, uti nunc est, habere, an propter gravissimos abusus numquam repertam fuisse. Holsp. *de origin. templ.* Sicut enim encomia magna per genuinum suum usum illa optimè meretur, ita è contrario, ejus si consideretur abusus turpis & perniciosus, non immeritò vituperanda venit cum Justo Lipsio, *in præfat. in Critic. (quem laudatus Sinoldus, de S. R. R. vol. 2. D. 9. tbe. 7. lit. B.)* ubi ait: *Typographia bona sanè studiorum matrix est, sed audax sæpè, lucricupida, & qua non minus verè corruptrix librorum audiet, quàm propagatrix.* Eamdem querelam superiore sæculo à D. Luthero, Melanchthone & aliis cœptam, in hunc usque diem continuarunt quanti plurimè. vid. sis post alios Didac. Saavedra Hispanus, *in Ideâ boni Princ. Symbol. 21. Schönb. lib. 3. polit. cap. 49. D. Limn. de JP. L. S. c. 10. n. 7. D. Carpzov. Jurispr. Cons. Lib. 2. def. 413. n. 7. add. Constit. Imperat. Rudol.*



Rudolphi II. apud Soldast. tom. 2. der Reichs. Sakungen p. 350.  
quam infra videbimus.

Egregiam autem hanc artem tam deformem multisq; mo- 7  
dis Reip. Christianæ perniciosam reddidit *πλεοσέξια* & cum ata-  
ge mundi crescens hominum malitia. Quid enim Typographiæ 8  
aliud hodiè sunt, quam, optimo laudati Saavedrae iudicio, nun-  
dinationes & mercaturæ? Et quid mirum? Cum ipsa literarum 9  
studia, quæ tamen pretio nummario non sunt dehonestanda l.  
1. §. proinde §. ff. de extraord. cognit. hodiè ferè facta sint mercena-  
ria, uti pluribus in tract. de Stipendi. Subol. à nobis ostensum fuit,  
quæ heic repetere supersedemus. Detestanda igitur avaritia & 10  
sacra *Φιλανθρωπία* est, quæ tamquam pestifera gangræna nures hu-  
jus sæculi corrumpit, & res etiam utilissimas à genuino usu ad per-  
versum & perniciosum deduxit. Accedit negligentissima mult 11  
torum Principum & Magistratum hæc in re cura, qui huic in-  
gravefcenti malo sufficientia remedia adhibere hætenus negle-  
xerunt, quod nunc *εν ἀκμῇ* non nisi difficillimè corrigi & sana-  
ri potest.

Promulgatæ quidem in Rep. Romano - Germanicâ fuere 12  
hoc & superiori sæculo saluberrimæ constitutiones contra quos-  
dam artis Typographicæ abusus, uti apparet ex Recess. Imp. de  
anno 1530. §. Und nach dem durch ordentliche Buchdruckeren.  
R. J. de anno 1541. §. ferner haben wir. Rec. Imp. de anno 1548.  
tit. von Schmaheschriften. Rec. Imp. de anno 1570. §. dieweil  
dann. Reform. Polit. de anno 1577. tit. 26. Sed, uti experientia  
docuit, illarum executio & observantia hætenus defuit. De 13  
Principis autem & Magistratus existimatione agitur, quando re-  
media, quæ ipse præscripsit, aut effectum non habent, aut pla-  
nè non adhibentur. Ne igitur illa sit ori periculo, renovanda  
sunt remedia, & cum tempore curandum, quod cum tempore  
debilitari cœpit.

SECTIO SECUNDA.  
DE PRÆCIPUIS TYPOGRAPHIÆ ABUSI-  
BUS IN SPECIE.

- 1 **U**T verò de abusibus nobilissimæ hujus artis Typographi-  
cæ plenius constet, age graviores & famosiores, aliis hæc  
vice præteritis, hoc loco paucis tantum perlustrabimus.
- 2 Inter abusus illos non immerito familiam ducere vide-  
tur 1. vulgaris illa & liberrima cujuscunq; generis librorum im-  
pressio & editio, quæ hisce temporum ultimis fecibus & excre-  
mentis ultra omnia retrò seculorum mores in infinitum excre-  
vit, uti in ore & oculis omnium, plus quàm satis est, versatur, ac  
tamquam res lippis ac tonsoribus nota querulis sermonibus quo-  
tidie exagitari solet. Audiamus pro omnibus loquentem Fri-  
dericum Prenninger, Reip. quondam Rotenburgo-Tuberanæ  
3 Advocatum, in præfat. Consil. Mart. Uranii, tom. 3. Conside-  
ret quis, ait ille, quàm insanabile cacoëthes scribendi hodiè mul-  
4 tos teneat occupatos: mox inveniet, hoc nostro sæculo, si um-  
quam aliàs, longe magis, quàm sacer ille Antistes, atq; morum  
humanorum laudatissimus instaurator, de sui temporis vanitati-  
bus edixit, dici ac pronunciarì posse: *Librorum scribendorum sci-  
licet finem hodie esse nullum.*

Causa autem increpandi istius vitii in eo potissimum, quem  
Poeta multis quoque retrò temporibus reliquit, comprehensa  
continetur verlu, quod scilicet

*Scribimus indocti non docta pœmata passim.*

- Non enim doctis tantummodo scribendi facultas librosq; evul-  
gandi sine ullo discrimine libera concessaque hodie est, sed cui-  
vis etiam gregario blateroni; discipulis in Scholis, quin & ipsis  
fœminis, præsertim Ecclesiastarum conjugibus, stultâ maritorum  
ope stultè instructis, hoc idem impune permitti, publice patet.  
5 Et ut summatim dicam, quod olim de Medicis dici consuetum  
fuit, hoc hodie de omni professione literariâ generatim adfirma-  
ri verè

si verè posse, nullam scilicet nunc ferè inveniri domum, quæ  
non alat nutriatque quendam scriptorculum, nemo refragabi-  
tur: Quod si verò cujusq; rei etiam bonæ excessus vituperatur,  
ac in omni vita, Plinio adsertore, id quod nimium est, perni-  
ciosissimum judicatur, juxta tritum illud: *Omne nimium vertitur  
in vitium*: hujus certè disciplinæ librariæ abusus nimius & ex-  
cessivus in despectum vilem & abjectum tandem literatorum re-  
duntans, non potest non vitio dari, aut reprehensione dignum  
censeri. Nam ut omissis vulgaribus vanorum imperitorumque 6.  
chartaceis naniis ac nugis, nec typis nec prælo, immò nec di-  
gitr quidem crepitu dignis, de iis duntaxat, qui eruditionis lau-  
de aliquâ sunt conspicui, eorumque libros exarandi temeritate  
sermo fiat, quantus quæso horum similiter hodie est, & quàm in-  
finitus numerus, quantus grex? quanta copia, cohors atq; mul-  
titude? Id verò aliud nihil operatur efficiturque, quàm nimia  
illa & superabundans ac quotidie invalescens effrenis animi ela-  
tio atque nociva superbia, quâ ingenii acrimoniam quilibet, vel  
leviter edoctus, edendo aliquo publico scripto, publicè ostenta-  
re atq; meræ Philautiæ ductu aliis omnibus præferri satagit.

*Hoc (etenim) homines vitio plerumq; laborant:*

*Ut placeat nimium quilibet ipse sibi.*

Sed & infelix & omnium malorum radix avaritia, & lucri 7.  
insatiabilis cupiditas non paucos ad scribendi studium atq; pro-  
vinciam magno numero adigit, urget atq; impellit. Hodie quis  
cudit librum, cras recudit, auget, emendat, tractat, retractat, &  
pro commodi ratione ampliando, addendo, demendo, detrahen-  
do, declarandoq; aliter atq; aliter efformat: idq; sub integumen-  
to atque prætextu τῶν δευτέρων Φεγνίδων σοφοτέρων ὄντων vano, ina-  
ni ac prorsus nullo. Hinc demum intolerabilis illa ac nimia va- 8.  
stitas voluminum proles, cumulus & acervus librorum, scripto-  
rum multiplicium immensa compages, in iisque comprehensa  
mira discrepantia & singularitas opinionum, diversitas judicii,  
perplexitas atque confusio scientiarum artiumque nec non no-  
væ sub.

væ subindè exorientes, & à veterum traditis exorbitantes ad inventiones speciosæ atque subtiles. Quot enim capita, tot sensus, & velle suum cuiq; est, nec voto vivitur uno, ut est apud Satyricum: suo quilibet abundare sensu, etiam à Jcto dicitur. Hinc etiam tot & tam crebræ concertationes, divexationes, jurgia, lites, injuriôsæ traductiones, famosi libelli, bullatis turgescentes paginæ nugis, aliæq; innumeræ perversæ ventositates, id quod per se clarius apertiusque est, quàm quod multis rerum argumentis debeat ad vivum resecari. *Hactenus ille.* Hanc autem querelam atque censuram justissimam esse, quilibet cordati Viri ultrò fatebuntur.

9 De Gallis suis cum gravi indignatione idem tradit Balsac en son Prince. §. 136. his verbis: *Il y a un grand peuple inutile qui ne se sert des ses mains, qu' à faire des Escritures & des Livres: Magna est inutilium hominum multitudo, quæ manibus suis non nisi ad componendos libros utitur.* Eodem vitio concives suos Hispanos laborare scribit Didac. Saaredra *Symbol. Polit.* 21.

11 Ita sanè est, *φιλαργυρία & φιλοτιμία*, hoc ævo fecundissimæ, immaturos, monstruosos & nocivos ejusmodi partus edidere quàm plurimos. Quot enim sunt, qui illud Clementis Alexandrini notabile dictum, quod laudat D. Selnecker. *in præfat. super explic. Psalterii*, observant? quod Germanice redditum ita sonat: *Wer da will durch Bücher schreiben reden / der ist bey Gott an Endes statt verpflichtet / daß er nicht umb Geiß oder Gewinstes willen / noch umb Ruhms und einen Namens / noch aus eigener Bewegung / affect, Zorn und Nachgierigkeit etwas schreibe / auch nicht sich selbst allein erlustige / und ihme allein gefalle. Sonderu sehe allein auff die Besserung / Glauben /*  
12 *Trost und Seeligkeit / derer / die es lesen sollen.* Quin hoc potius fieri solet, quod pius quidam Theologus, *tract. de notitiâ sui cap. 28. scribit: Des singens / sagens und schreibens von unsern Thaten ist kein Ende; Was wir wissen / muß bald in Druck / obs schon nirgend zu dienen / denn uns einen Namen zu machen / wie*

wie man leichtlich aus dem Bilde und Uberschrifft / aus unsern  
gewertigen Titeln und Kupfferstücken kan abnehmen. So gar  
nicht können wir uns an verrichtung des guten begnüge lassen/  
und nehmen unsern Lohn dahin mit den Phariseern / daß wir  
hernach bey Gott nichts übrig haben / als Spot und Unehre/  
weil wir uns selbst mit Menschlicher Ehre bezahlet und beloh-  
net haben.

Nec tantum chaos librorum & multitudo autorum hoc no- 13  
stro tempore inundare coepit, sed etiam quaecunq; virulenta scri-  
pta ingentium tumultuum damnorum, discepcionum & haere-  
sium in Ecclesia Dei administra, maximo cum Ecclesiae ac Reip.  
malo excuduntur, publicantur & circumferuntur.

Horreat quis pestilentissima, & blasphemis erga sanctam Religi- 14  
onem Christianam refertissima scripta, quae aetas nostra, non sine  
robore vidit, prorsus impunita licentia inter Christianos circum-  
ferri, legi, & quod maxime horrendum, laudari. Scandala, quae per 15  
vilissimum abusum verbi Dei, Psalmorum praecipue & sanctissimi  
Evangelii innocentibus haecenus data fuere, sanguineis lacrimis  
non satis deplorari possunt. Ita ludit impietas hujus seculi cum  
Religione, re quasi ludicra, velut pueri solent cum astragulis.  
Quoties per libellos famosos, non tantum privati homines, sed 16  
summa etiam capita virulenter arroduntur, quatiuntur & perstrin-  
guuntur? Et quis tandem infinita illa mala, quae per inauditum 17  
artis Typographicæ abusum, seculi hujus vanitas & malitia Reli-  
gioni, Reip. ac rei literariae haecenus attulit, fando explicet? Pro 18  
compendiis dispendia, pro historiis fabulas, pro nucleis puta-  
mina juventuti obtrudere, ijsq; adolescentum ingenia confun-  
dere, multi, inanis gloriolæ auram captantes, nihil pensi habent.

Alter abusus est officinarum Typographicarum multitu- 19  
do mercenaria, quae non potest non multis modis in detrimen-  
tum Reip. literariae vergere, uti experientia haecenus satis nos  
edocuit.

B

III. Quod



20 III. Quòd contra expressissimam Ordinationum Imperii prohibitionem, quibus saluberrimè provisum est: Daß im Heil. Röm. Reich die Buchdruckerey an keinem Orte / denn in den Städten / da Churfürsten und Fürsten ihre gewöhnliche Hoffhaltung haben / oder da Universitates Studiorum gehalten / oder in ansehnlichen Reichs-Städten verstatet / aber sonst alle Winkel-Druckereyen abgeschaffet werden sollen. Rec. Imp. de anno 1570. Und dieweil dann solche. Ordin. Polit. de anno 1577. §. Und damit allen desto steiffer. ejusmodi officinæ in oppidulis aliisq; locis obscuris erectæ sint, undè utilisissima arte pessimè abutendi multis ansa & occasio data fuit.

21 IV. Privilegiorum, quæ Typographis nova ac sumptuosa scripta imprimendis à superiore concedi solent, varius abusus. Quamvis enim ejusmodi concessio quibusdam monopolium sapere, adeoq; res illicita videatur, iniquum tamen non est, si quis super impressione libri, in quem multos erogavit sumptus, lucrum & commodum aliquod laboris sui præ aliis sentiat, ne, quod aliàs fieri posset, aliorum facto in paupertatem inopinatam conjiciatur. vid. Carpz. *Jur. Conf. l. 2. def. 414*. Quod si tamen abusus privilegii concessi in perniciem Reip. vergat, dubium non est, illud, quocunq; etiam modo impetratum sit, justissimè  
22  
23 revocari ac tolli posse. Est autem præcipuus privilegii abusus hic, quod Typographi & bibliopola librorum pretia pro lubitu augere soleant, quæ hodiè non sine Reip. literaria decremento, in tantum excrevère, ut Magistratus rei huic obicem ponendi justissimam causam haberent.

24 V. Quòd Typographi sub specioso promovendi boni publici prætextu, privatis duntaxat commodis suis velificantes, clandestinè aliorum libros, penitus neglectis illorum privilegiis, magnorum Autorum præjudicio, imprimere non vereantur.  
25 Gravissimè de hoc malo jam suo seculo conquestus est B. Lutherus, in der Warnung über den Wittenbergischen Bibel-Druck:  
his

his verbis: Der verfluchte Geis hat unter allen andern übeln/  
so er treibt / sich auch an unsere Arbeit gemacht / darinnen seine  
Bosheit und Schaden zu üben. Welcher unsern Buchdru-  
ckern diese Schalkheit und Vüberey thut / daß andere flugs bal-  
de hernach Drucken / und also der unsern Arbeit und Luokost be-  
rauben zu ihren Gewinn / welches eine rechte grosse öffentliche  
Rauberey ist / die Gott auch wol straffen wird / und keinem ehr-  
lichen Christen-Menschen wohl anstehet.

Quinimodò, quidam eò temeritatis pervenere, ut non sine<sup>26</sup>  
gravi læsione Cæsareæ Majestatis Libris suis verba privilegium  
sonantia imprimere ausi fuerint, de quo etiam conqueritur  
Imp. Rudolphus II. in constitutione, quam infra adducemus.

VI. Multis in locis Typographia sine ullâ inspectione<sup>27</sup>  
& censurâ Magistratus exercetur, undè quam plurima prohibita  
notæ scripta velut ex equo Trojano clanculum prodire, quibus  
Ecclesiæ tranquillitas, Reip. salus, hominumq; fama & existi-  
matio irreparabili damno adfecta fuit.

VII. Magna librorum copia, contra superius laudatam<sup>28</sup>  
Imperii constitutionem, de anno 1570. §. Diemeil dann solche.  
Sine designatione Autoris, Typographi, loci & temporis im-  
pressionis, in lucem protruditur, quod ferè non alio fit fine,  
quàm ut fabulæ, nugæ, injuriæ aut pasquilli impunè spargan-  
tur. Impiè sanè. *Omnis enim, servator ait, qui malè agit, odit,  
lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus.*

VIII. Magna in excudendis libris typhotetarum negligenti-<sup>29</sup>  
tia; quando vel autoribus aliquid additur aut demitur, aut sen-  
sus scripturæ corrumpitur, de quo veritatis studiosi conqueren-  
di aut altercandi inter se causam & occasionem arripere solent.  
Limn. d. l. n. 10. Negligentiæ autem huic & abusui inter alia<sup>30</sup>  
causam præbet quorundam avaritia aut indigentia, quâ idoneos  
Correctores certo salario conductos adhibere prohibentur, de  
quo conqueritur D. Menger. *in Scrut. consc. cap. 21. his verbis:*

Die Buchdrucker wollen oftmals nicht was spendiren und uffwenden / daß sie einen verständigen gelehrten Correctorn in der Druckerey hetten und hielten / der die materien cum iudicio revidiren und corrigiren thäte. Sondern haben Hümpfer und Stümpfer / halbwächfige Studenten und Pedanten / die nehmen quid pro quo, und schauen aus Unverstand überhin / daß oft die Correctur hernach eben lang ist / wenn ein Opus publiciret worden.

SECTIO TERTIA.  
**DE REMEDIIS TOLLENDI ABUSUS**  
 ARTIS TYPOGRAPHICÆ.

1. **H**Actenus vitiosum Typographiæ usum pro instituti ratione
2. **B**reviter consideravimus. Cum verò omnium confessione malum hoc efficacissima remedia poscat, de iis nunc paucis agendum erit.
3. Primum remedium est, ut quilibet Magistratus in suâ Rep. Visitatores certos constituat, quorum officium sit, in vitia & abusus Typographiæ sedulo inquirere, eosq; juxta præscriptum
4. modum prudenter corrigere; Ejusmodi visitationis remedium Imper. gloriosissimus Rudolphus II. Anno 1608. adprobavit, uti patet ex sequentibus literis Commissionis, quas refert Goldastus, tom. 2. der Reichsfassungen. p. 350. & ita sonant:
5. **W**ir Rudolph der andere / von Gottes Gnaden Erwehlter Römischer Keyser / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / in Germanien / zu Hungern / Böhheim / Dalmatien / Croatien und Slavonien etc. König / Ershertzog zu Oesterreich / Herzog zu Burgund / Steyer / Kärndten / Crain und Würtemberg / Graf zu Tyrol etc. Entbieten den Ehrsamem / Unsern lieben Andächtigen / Valentino Lenchtio, und George Erstenberger von Freyenthurn / respectivè der Heil. Schrift Doctorn, und der Rechten Licentiaten, und dem Ehrsamem Gelehrten / unsern und des Reichs Lieben Getreuen / Carlen Seyblin / der Rechten Li-

cen-





centiaten, Unsern Rath und des Keyserlichen Cammergerichts  
Fiscal Procuratorn Unsere Gnaden. 1. Chrsamb/ Liebe Andäch-  
tige/ auch Gelehrter Lieber Getreuer / mit was gemeinen Wes-  
sens nachtheil / die vor diesem von Uns erforderte / und in guten  
gang brachie Bücher-Visitationes, eine Zeithero ersizen blicben/  
das ist euch sammentlich bekant / und geben es die täglich an tag  
kommende hochsträffliche Sitten mit mehrem zu erkennen: All-  
dieweil Wir aber solchen unleidentlichen Mißbrauch und über-  
handnehmenden Unordnung länger nicht zusehen mögen / hier-  
umb und zu wieder auffrichtung / dero für diesem bräuchlichen  
visitationen / so haben Wir euch sammt und sonders zu Unsern  
Keyserlichen Commissariis gnädigst fürgenommen / und befeh-  
len euch hierauff gnädigst / das ihr Anfangs allen möglichen  
Fleiß anwendet / wie die bishero ersizende visitationes fruchtbar-  
lich wieder angerichtet / die in grosser Menge / alle Messen her-  
fürkommende / hochverbotene famos-Schriften / gänzlich ab-  
geschaffet / ins künfftige kein Buch gedruckt / oder im heiligen  
Reich distrahiret werde / das nicht zuvor von der ordentlichen  
Obrigkeiten darunter die Buchdrucker seßhaft / censiret / zuge-  
lassen und verwilliget wie in gleichen auff jedes der Autor, Truc-  
ker und Ort ohne Betrug und ohne falsche List / gesehet werde.  
2. Welches alles und damit es von euch umb so viel leichter zu  
Werck gerichtet werden möge / als wollen Wir / das ein jedweder  
Buchdrucker / Führer oder Buchhändler / ehe und zuvor er sein  
Gewölbe und Laden eröffnet / auch einiges Buch distrahiret /  
euch oder seiner Bücher einen indicem vorweise darneben glaub-  
lich anzeigen thue wie und welcher Gestalt ihme solche Bücher  
zu drucken erlaubt / und da er darüber kein Keyserlich privile-  
gium hätte / alsdenn unsere Keyserlich Reichs - Hoff- Cankelen  
ein Exemplar zu überschicken / euch zustelle / und unweigerlich  
überreiche. Denn demnach Uns glaubwürdig dieser Betrug /  
etlicher Buchdrucker und Buchhändler fürkommen / das sie auf

etliche ihre Bücher diese Wort / cum gratiâ & privilegio, da  
doch keines von ihnen gesucht / weniger erlanget worden / zu druck  
cken sich lassen gelüsten : welches einem fallo nit fast ungleich / in  
sonderheit / weil sie wollen dardurch zu verstehen geben / quod  
prædicta verba sonant, das Wort / Calareo, malitiose, auslassen;  
unter welchen Schein viel ungereimte Sachen eingeschleiffet /  
und in Druck verfertigt werden / dardurch sie sich unterstehen  
Unsere Keyserliche reputation zu lædiren / und den gebührens  
den taxam zu verschmälern / welches keines weges zuzulassen /  
weniger hinfüro einiger Massen zuzusehen oder zugestatten,  
Wollen derohalben / daß ihr fleissig inquiret / und was ihr  
dermassen befindet / mit Hülffe / Bürgermeister und Raths zu  
Franckfurt / wo es die Nothdurfft erfordert / die confiscation,  
neben weitere Bestrafung sine respectu fürnehmet. 3. Siweil  
auch bey Verfertigung des Catalogi librorum bishero nicht wes  
niger grosse Unrichtigkeit befunden / ja viel der Catholischen  
Bücher gänzlich ausgelassen worden. Solchem fürzukom  
men / ist Unser gnädigster Will und Meynung / das ehe und zu  
vor der Catalogus novorum librorum gedruckt / von euch erse  
hen / und nach Nothdurfft corrigiret werde. Und damit  
hierinnen von Bürgermeister und Rath zu Franckfurt / auch  
keine Verhinderung beschehe / so haben Wir bey denselben / wie ihr  
aus dem Beschluß zu sehen / albereit die Nothdurfft verfüget /  
der Zuversicht / es werde euch aller Vorschub und Beförderung  
von ihnen erwiesen werden. 4. Und damit Unsers Keyserl.  
Cammergerichts Geheimnissen / relations und vota, nicht als  
so / ohne einigen Unterscheid / ohne Unser und Unsers Keyserl.  
Cammergerichts Vorwissen / ganz sträfflicher Weise gedruckt /  
und männiglichem fürgestellet werden : als befehlen Wir euch /  
daß ihr an Unser statt und in unsern Namen desgleichen ins  
künfftig / ohne ausdrücklichen Unsern / oder Unsers Keyserli  
chen Cammergerichts Consens / und Einwilligung zu drucken /  
allen

allen Buchdruckern/ Führern und Buchhändlern/bey höchster  
Unserer Ungnade und Straffe zu drucken / zu führen oder öf-  
fentlich feil zu haben/ und zu verkauffen/ ernstlich/ auch endlich  
verbietet. 5. Und schließlich von allen privilegierten Büchern  
alten und neuen / davon Uns die schuldige Exemplarienoch  
nicht geliefert / unverzüglich gegen einem Recepte abfordert/  
uns dieselbe überschicket / und solches hinfüro von Messen zu  
Messen also fürnehmet / haltet / und in Unserm Namen den  
Buchhändlern und Druckern auch zu halten / und sich selbst  
für Schaden zu hüten / verkündet. Daran erstattet ihr Un-  
sern Willen und Meynung / und Wir seynd euch sammt und  
sonders mit Keyserlichen Gnaden gewogen. Geben auff Un-  
sern Königl. Schloß zu Prage/ den 15. Tag des Monats Mar-  
tii Anno 1608. Unserer Reiche / des Römischen im drey und  
dreiszigsten / des Hungarischen in sechs und dreiszigsten / und  
des Böhmischen auch in drey und dreiszigsten.

Ceterum visitatio Typographiæ ac rei librariæ non semel, 6  
sed sæpius & singulis annis instituenda est. Nisi enim hoc fieret,  
vix satis ingravescenti malo occurri, poterit. Facit Rec. Imp.  
de anno 1570. §. Darumb gebieten. ibi: auch sonderlich ihre  
Druckereyen ohn vermutheter Dinge visitiren.

II. Per pragmaticam & inhibitoriam sanctionem Impe- 7  
rialem, ( exemplo Imp. Justiniani in l. 1. C. de Vig. ) nimia licen-  
tia pangendi & scribendi quidquid lubet, refrenanda atque com-  
pescenda est. Nec cuivis indiscriminatim, sed iis præcipue, quo-  
rum eruditio est perspecta aut qui præviis examinibus publica  
eruditionis testimonia meruere, scribendi facultas concedatur.  
Quamvis hoc optare magis, quam opere ipso consequi liceat, ex  
sententiâ laudari Pernederi dicit. loc.

III. Librorum multitudinem, quæ magis ad oculos emun- 9  
gendos, quàm ad doctrinam comparandam facit, Magistratus in  
Remp. suam asportari vetet. Varietate namque illâ confun-  
dun-

- duntur ingenia, intricatur iudicium, & hæret semper dubium.
- 10 Didac. Saavedra. *Symbol. Polit.* 21. Aliàs verum est, quod allegato loco scribit D. Selnecker. Welche Bücher Gottes Ehre und Lehr schlecht und recht ausbreiten / sind gut und nützlich / und wir können derselben nicht zu viel haben / wir bedürffen sie wol / und es thut immerdar Noth / daß wir uns zu solchen Büchern halten und gewehnen. Wir werden auch solcher Bücher nicht genug haben / so lange die Welt stehet. Die andern Bücher aber haben wir zwar nun längst überhäuffig genug / Compendia, dispendia, und wie sie alle heißen. etc.
- 11 IV. Magistratus in suâ Rep. idoneos eligat viros, quos
- 12 prænecessariæ librorum censuræ tutò præficere possit. Ad probat hanc censuram Rec. Imper. de anno 1629. § dazu sollen verb. Was Gedicht / gedruckt / oder feil gehabt wird / das sel zuvor von jeder Obrigkeit / und darzu verordnete verständige Personen besichtiget / und so darinnen Mängel befunden / dasselbe zu drucken oder feil zu haben bey grosser Straffe nicht zugelassen / sondern also strenglich verboten und gehalten werden. Et Rec. Imp. de anno 1570. § zum andern ibi: Sol keiner etwas zu drucken Macht haben / das nicht zuvor von seiner Obrigkeit ersehen / und also ihme zu drucken erlaubt sey.
- 13 Sint autem Censores illi 1. Viri probi 2. docti 3. cauti & prudentes qui sacramenti religione constringantur ad fideliter
- 14 præstandum illud, quod officii ratio ab illis postulaverit. Et cum plurimum Reip. inter sit, censuram librorum adcuratissimam adhiberi, illa non facile uni sed pluribus committenda est, in illis
- 15 præcipuè locis, ubi Typographiæ florent. In Academiis Saxonis censura librorum Decanis & Facultatibus cujusque materiæ & artis plerumque commendata est; optimè quidem, modo per crebras visitationes ad debitam diligentiam excitentur.
- 16 Consultum etiam foret, liberos & scripta Religionis controversas concernentia, propter periculum schismatum, plurium Facul-

cultatum censura subicere: ubi namque gravius periculum, ibi  
cautiùs agendum esse, vulgò dicitur.

Censorum autem officium sit 1. omnia scripta typis exprimenda, summâ curâ & diligentia censere, & ne quid ex illis<sup>17.</sup>  
Religioni Christianæ adversum, bonis moribus scandalosum,  
Reip. damnosum, aut aliàs inutile prodeat, curare. Supprimendi<sup>18.</sup>  
igitur & rejiciendi sunt 1. libri blasphemii, & qui atheismum sapere videntur, quales pro dolor! corruptissimo hoc sæculo non paucos, quos vel nominare saltim animus horret, prodiisse novimus. Tantus est hodiè abjuratissimi generis humani hostis Sathanæ furor, qui imminente Mundi πανολέθεια, in Christiano Orbe omnem divini Numinis reverentiam è cordibus hominum penitus evellere maximo nisu studet. 2. Libri hæretici, sanæ Religionis contrarii, & schismatum ac scandalosarum contentionum semina in Ecclesiâ spargentes. 3. Scripta quæ tranquillitatem<sup>19.</sup>  
Reip. turbare, & seditionibus causam præbere possunt; qualia multa superiore sæculo fanatici Anabaptistæ in Germaniâ, & hodiè illorum sectatores in Angliâ, quos vulgò Quacquer vocant, cum gravissimo status publici periculo, evomere. 4. Libri obsceni teneramque juventutem scandalosè offendentes, quales, cum Aristoteles ipse gentilis *lib. 7. Polit. ad fin.* è Rep. eliminandos censuerit, deplorandum maximè est, inter Christianos infinito numero eos omnibus impunè legendos permitti. Profectò, in magno illo extremi iudicii die, coram tremendo mortaliū iudice Ethnicus ille homo scriptores ejusmodi accusabit, & illi tandem serò satis experientur reapse, non frustra dictum ac scriptum esse: *Vel illi, qui scandalizaverit unum de pusillis.* 5. Libelli famosi, injuriosi & pasquillici, quibus enormissima hominum præsentis ævi malitia omnes ferè terrarum angulos implevit, nullâ planè ratione habitâ status, dignitatis, sexus, ætatis aut conditionis. Et, quod horrendum, sæpè impii homunciones non sine insigni profanatione nominis divini sanctissima scripturæ  
C  
verba

verba in pestilentissimum ejusmodi abufum detorquere non e-  
 rubuerunt. Contra hos constitutiones Imperii tandem ultore  
 gladio insurgant. vid. Reform. Polit. de anno 1577. tit. von  
 Schmähe-Schriften. Ordin. Polit. Electoral. Saxon. eod. tit.  
 23/6. Scripta, per quæ hujus aut illius Reip. arcana licentiosè pan-  
 duntur; de juribus Principum Dictatorio more, cum abufu  
 libertatis Academicæ, acerrimè disputatur; ita ut illorum auto-  
 res, tanquam decisionum arbitri, non pulpito sed curiæ scribe-  
 re aut præscribere videantur: Item scripta & tractatus, per quos  
 pragmaticæ sanctiones Imperii in dubium vocantur, aut inter-  
 pretatione prorsus alienâ ac peregrinâ penitus evertuntur. Lin-  
 gua enim & calamus periculosa cordis instrumenta sunt, ut ait  
 Saavedra, *symb. polit.* 56. ad fin. vid. Constit. Rudolphi II. §. und  
 damit unsers Käys. Cammergerichts Geheimnisse. Instrum.  
 Pac. Cæsar-Suecic. art. 5. §. 49. ubi saluberrimè ita cavetur; *U-*  
*triusq; Religionis Magistratus severè ac rigerosè prohibeat, ne quis-*  
*quam docendo, disputando, scribendo, consulendo, Transactionem*  
*Passaviensem, Pacem Religionis, vel hanc imprimis sive declara-*  
*tionem sive transactionem uspiam impugnet, dubiam faciat, aut as-*  
*sertiones contrarias inde deducere conetur. Quicquid etiam con-*  
*trarii dactenus ve editum, vel promulgatū, publicatum ve fuerit, irri-*  
*tū esto. Sed si dubii quid hinc aut aliunde incidat, aut ex causis Pa-*  
*cem Religiosam aut hanc Transactionem tangentibus resultet, de eo*  
*in Comitibus vel aliis Imperii Conventibus inter utriusq; Religionis pro-*  
*ceres, non nisi amicabili ratione transigatur.* 7. Denique scripta  
 24 inutilia, & superflua, quæ ambizioso equidem titulo turgescunt,  
 sed quæ nugis, fabulis, quæstiunculis frivolis, parumque fru-  
 ctuosis rebus tantummodo scatent, in quæ Cleobuli illud rectè  
 convenit: ἀμυσία τὸ πλεον μέγος, λόγων τε πλῆθος. & de quibus illud  
 25 γλαυκὰς ἀθήνας dici potest. Et sanè indies ingravescenti huic  
 malo si non obviarit Magistratus, D. Lutheri vaticinium im-  
 plebitur, qui jam suo sæculo prædixit, Das es zu besorgen sey/  
 weil

weil man immer neue und andere Bücher mache / das zu lest  
durch des Teuffels Werk die guten Bücher wieder unterdruckt/  
und die bösen Bücher von unnützen tollen Dingen / Catholicen/  
Floristen / Modernisten / vade mecum und dergleichen wieder  
einreißen / und alle Winckel erfüllen werden. Pro antiquorum <sup>26</sup>  
scriptis in arte Jurisprudentiæ retinendis acriter pugnat Ant.  
Mar. Coratius. Et Galenus *lib. 4. de tuend. sanit. cap. 5.* antiqua  
scripta diligenter inspicienda præcipit; & alibi quoque monet,  
ea amicè magis & candidè interpretari, ac distinguere, quàm ho-  
stilitè insectari & redarguere nos debere. Quantum enim mali  
*Φιλοναμία & εὐψυχία* nunc undique gliscens in rebus publicis ef-  
fecerit, in propatulo est.

II. Censuræ officium sit, non tantum nudâ nominis sub-<sup>27</sup>  
scriptione libros ad probare, verum etiam, quod laudabili more  
alibi receptum est, censuram ipsam typis imprimendam paucis  
verbis in frontispicio libri ad ponere. Excitat hoc non tantum  
Censuræ fidem ac diligentiam, verum etiam de censurâ hâc,  
utpote publicâ, Magistratui certius constare potest, & collusio-  
nes ac fraudes, quæ quandoque incidunt, hoc ipso præcaven-  
tur.

III. Prohibitæ notæ scripta, sive carmina, sive libri, sive <sup>28</sup>  
ulterius sortis & cujuscunque materiæ sint, non tantum non ad-  
probare, verum etiam aut suppressere, aut Magistratui offerre,  
qui librorum autores vel confiscatione scripti, vel aliâ extraor-  
dinariâ pœnâ afficiat.

IV. Non permittere, illa scripta consueto librorum Cata-<sup>29</sup>  
logo inseri, quæ censura publica nondum ad probavit.

Porro, cum non sufficiat librorum censors suo fideliter <sup>30</sup>  
defungi officio, nisi etiam Typographorum atque bibliopola-  
rum varii excessus, de quibus hætenus tam multæ fuerunt que-  
relæ, certis legibus atque pœnis coerceantur, in usum, vigorem  
& observantiam reducendæ sunt hætenus passim neglectæ sa-  
luber-

31 liberrimæ Constitutiones Imperii. Et primum quidem, prohibeantur ac tollantur omnes officinæ Typographicæ, quæ in urbibus ac residentiis, ut vocant, Electorum atque Principum, Academiis aut civitatibus Imperialibus benè constitutis non habentur, ut ita inspectio & librorum, censura facilius institui, ac felicius exerceri queat. Rec. Imp. de anno. 1570. S. dieweil dann 155.

32 II. Non cuivis promiscuè artem Typographicam exercere permittatur, sed viris tantummodo probis, honestis atque idoneis. d. R. J. S. Zum andern. verb. soll kein Buchdrucker zugelassen werden/der nicht zu förderst von seiner Obrigkeit/da er häufiglich siset/darzu redlich/erbar / und aller Dinge tügliche erkennet. Et Reform. Polit. de anno 1577. cap. 35. S. und damit.

33 III. Omnes artem hanc impressoriam exercere volentes coram Magistratu suo, aut ejus Deputatis iuramentum præstent, se præscriptam Ordinationem Typographicam, die Druckerordnung / sanctè observare, nulla que scripta, cujuscunque sortis fuerint, sine permissione ac censurâ Magistratus imprimere velle. d. R. J. S. Zum andern. verb. soll daselbst mit sonderleiblichen Eyde beladen werden/in seinem drucken/lezigen und andern Reichs Abschieden sich gemäß zu verhalten; Et de Ordin. Polit. verb. der mit sonderlichen leiblichen Eyde beladen ist / in seinem drucken sich lezigen und künfftigen Reichs Abschieden gemäß zu erze gen / und sich aller lästerlichen und schmälchen Bücher / Gemählde und Gedichte gänzlich zu enthalten. Optimum etiam foret, si coram Deputatis Visitoribus Typographi eorumque ministri, singulis annis iuramentum illud conceptis verbis repeterent, aut stipulatâ manu observantiam illius promitterent; ut ut experienciâ constet depravatissimâ hæc ætate multos contemptu Religionis ad



ad jurandum faciles esse, ut ait JC. *in l. que sub conditione pr. ff. de condit. instit.*

IV. Magistratus Typographorum lucro terminos ponat, <sup>35</sup>  
ne cum Bibliopolis colludentes Studiolos aliosque literarii or-  
dinis justo plus onerent, ac pro libitu librorum taxam faciant.  
D. Limneus. *de l. P. lib. 8. c. 10. n. 12.* curetque, ut autoritate pu-  
blicâ pretium libri in ejus frontispicio. vel alterâ insequente pa-  
ginâ exprimat, u. i. in Hispaniâ moris esse testatur Limn. *in ad-  
dit. ad d. cap. 10. n. 15.*

V. Ne privilegia Typographis & Bibliopolis concessa <sup>36</sup>  
per nimium abusum in perniciofa anniq; jure prohibita dege-  
nerent monopolia, cum primis cavendum est; cantè igitur illa  
concedenda sunt, nunquam verò in perpetuum Carpz. *Jur.  
Conf. lib. 2. def. 415.* Illorum verò abusus si doceatur, illico  
revocanda sunt; quemadmodum aliquando arresto Curix Par-  
lamenti Lutetiani ejusmodi privilegium Typographo datum,  
ut tabulas alphabeticas solus imprimere posset, revocatum fuit,  
uti notavimus *ad l. nu. C. de monopol. cap. 10. n. 91.*

Ne etiam librorum pretia, ob vestigalium onera, quæ ubiq;  
hodiè gravissima sunt, nimium excrescant, Magistratus prospici- <sup>37</sup>  
ciat, ut illis libri penitus eximantur aliisq; immunitatibus con-  
cessis Typographi quietè fruantur. In Gallia per arrestum *le  
Roy declarè tous, & un chacun des livres reliés, & non reliés, qui  
seroient apportés en son Royaume de pays estranges, ou  
transportés, à icelui par les libraires de la dite Université  
de Paris, sans fraude, quittés & exempts de tous droits à  
entrée, isuë, impositions, travers, & generalement de tous droits  
subsides nus sur toutes autres especes de marchandise.* Quæ ver-  
ba sic reddit Limn. *de l. P. L. 8. c. 10. n. 15.* Rex declaravit omnes &  
*singulos libros, ligatos, & non ligatos, qui importabuntur in Regnum  
ex aliis regionibus extraneis, aut exportabuntur ex eodem per Biblio-  
polas dictæ Universitatis Lutetiana, absq; fraude exemptos ab omni-*

*bus datis, ratione ingressus, egressus, impositionibus & generaliter ab omnibus subsidiis impositis omnibus aliis speciebus mercium.*

38 VI. Nemini in posterum artificium hoc exercere permit-  
tatur, nisi promiserit se idoneum Correctorem typi certo sala-  
rio conducere velle. Quantum enim rei literariæ interfit, libros  
sine Sphalmatis & vitiis excudi, quilibet judicare poterit.

39 VII. Typographis βιβλιοπωλεύων| simul exercere non fa-  
cile concedendum est. Non enim quis in duobus collegiis si-  
mul esse debet, ad evitandam confusionem, multaq; alia mala,  
quæ exindè oriri possent. *arg. l. consult. ai. 23. ibi. absurdum est. C. de  
Testam. l. quicumq; C. de execut. & autor lib. XII. cap. singula. dist. 89.*  
Unumquodq; enim opificium, & præcipuè ars Typographica,  
unius hominis indolem & Vires exigit, nec pluribus unus suffi-  
cere potest, & intentio ad plura parum proficit. Hinc punien-  
dos esse, qui alterius officio se immiscerent, dicitur in *l. in provin-  
ciis C. de numer. & autor. & l. hac parte C. de proxim. (cur. scrip.  
L. XII.* Quod si verò Typographi libros, quos ipsi propriis  
sumptibus impresserunt, justo pretio divendere velint, id omni-  
no illis permittendum videtur.

40 Cum etiam fieri soleat, uti conqueritur Menger. d. l. Daß  
bißweilen die Drucker aus unfleiß oder siltzigkeit nicht gu-  
ten tüchtigen Fûrnüß zur Farbe nehmen / daher die Litte-  
ren bleich falbe und nicht scharffsichtig genug werden / son-  
derlich in kleinen Formen / welches den lesern grosse hinder-  
nüß und hebetirung des Gesichts verursacht / Magistratus  
42 provideat, ne hac in re peccent librorum impressores. Idem cu-  
ret, ut charta Typographica, ex linteolis contritis & aquâ ma-  
ceratis melius quàm vulgò fit, conficiatur.

43 Cum verò statuta, leges & ordinationes sine executione  
sint tamquam campana sine pistillo, certæ pœnæ in transgresso-  
res & refractarios constituendæ sunt; quales pro qualitate delicti  
sunt librorum confiscatio, interdictio artis, multa, carcer, re-  
lega-

legatio, fustigatio & capitis supplicium, de quibus omnibus consulenda sunt constitutiones Imperii, & Criminalium autores.


Tandem, cum Magistratum conniventia atq; dissimulatio optimas leges violandi causam præbeat. *vid. l. nu. C. de monop.* 43  
etiam illa punienda est. Unde Ordinatio Imperii Politica tit. 23. ita cavit. **Wo einige Obrigkeit / wer die wehre / oder wie sie Namen haben möchte / in erkundigung solcher Dinge / oder so es ihr angezeigt / darinnen fahrlässig handeln / und nicht straffen würde / alsdann wollen Wir entweder selbst wider dieselbe ernstliche Straffe fürnehmen lassen / oder aber soll Unser Keyserl. Fiscal Amts wegen dargegen auff gebührliche Straffe procediren und handeln / welche Straffe nach gelegenheit und gestalt der Sachen und Keyserliche Cammergericht zu setzen und zu moderiren Macht und Befehl haben soll.**


Hæc sunt, quæ de Typographiæ abusibus hæc vice breviter 44 dicere volumus. Faxit benignitas Johovæ ut hæc à nobis optimâ intentione furtivis tantum horis traditâ in Reip. Christianæ emolumentum vergant exoptatissimum. TANTUM.

Θ Ε Ω Δ Ο Ξ Α.









AB: 153631

ULB Halle 3  
002 500 876




Sl.

V

VD 17





Handwritten text on the spine, likely a library inventory or classification system. The text is vertically oriented and includes Roman numerals (I, II, III, IV, V, VI, VII, VIII, IX, X) and some letters (A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, U, V, W, X, Y, Z). The text is partially obscured by wear and tear.

Small, rectangular label affixed to the lower part of the spine, containing some illegible text.







B. C. D.  
De  
**ABUSIBUS TY-  
POGRAPHIAE  
TOLLENDIS,  
PARENÆSIS.**

Auctore  
**AHASVERO FRITSCHIO, D.**  
Conf. Schvv.

---

ARNSTADIÆ,  
Literis FREYSCHMIDIANIS.  
Anno cl. lcc. LXII.

117

